

manifeste cognoscimus totum illud quod dicitis esse uerum. & ideo pro omnibus  
uestris hominibus respondebo/ qui penes uos sunt quod propter istud prelum  
faciendum non deherimus uobis/ donec habebimus uitam in corpore & potius mori  
uelemus quam non obtainere in prelio & de hoc debemus esse securi videlicet quod  
uincemus propter ius quod habemus/ & ipsi habent obliquum. & ideo consulo  
& laudo quatenus procuremus ire quam citius ualeamus causa inueniendi innimicos  
nostros & omnes sotios nostros deprecor/ quod in hoc prelio se debeant taliter  
experiri/ quod totus mundus inde loquatur. & taliter suum finiuit sermonem. Et  
post istum nullus fuit qui aliquid uelet referre/ set omnes concordauerunt cum isto  
& nil aliud affectabant quam prelum cum inimicis eorum. Et cum apparuit  
aurora Argon cum suis gentibus tempestiue exurexerunt & arripuerunt iter uoluntarij  
multum in suos inimicos dampnum inferre & equitauerunt tantum quod peruerenerunt  
in planiciem in qua inimici eorum tentoria sua tetenderant. statuerunt ergo 116<sup>v</sup>  
campum suum iuxta campum Acmat per decem miliaria. Et cum firmassent  
campum Argon elegit duos homines de quibus multum confidebat. & ipsos ad  
patruum suum transmisit. Et talia uerba misit dicendo qualia poteritis audire :/  
qualiter argon misit suos nuncios ad Acmat

**Q**uando uero isti duo uiri discreti qui maximi euo erant habuerunt licentiam  
nullam moram fecerunt set statim arripuerunt iter/ & iuerunt ad campum  
& descenderunt ad pampilionem Acmat ubi ipsum cum multis baronibus  
inuenerunt quem curialiter salutauerunt/ et Acmat eis dixit quod bene uenerint.  
& ipsos coram se fecit sedere. Et cum aliquantulum permansissent unus ex duabus  
nuncijs surexit & taliter fuit locutus. domine Acmat nepos uester Argon de eo  
quod fecistis multum miratur uidelicet quod ei dominium abstulisti & etiam contra  
eum in mortale prelum & campestre insurges. hoc equidem non est bonum  
neque uos tamquam bonum patruum habuistis. vnde per nos uobis notificat &  
uos humiliter roget tamquam suum genitorem & patruum quem uos reputat  
quatenus ab hoc negotio desistere uolitis/ & quod prelum aut aliud malum inter  
uos non existat & ipse uult pro patre & domino uos tenere & tocius sue tere  
dominium habeatis. hoc est id quod nepos uester per nos uobis transmitit. &  
hic finem| imposuit uerbis suis /qualiter Acmat respondidit nuntijs Argonis//—— 117<sup>r</sup>

**E**t cum Acmat soldanus intellexisset id quod argon suus nepos mitebat tale  
nuntijs dedit responsum. dominj nuntij meus nepos nil dicit nam terra  
mea est & non sua. quia ego tamquam pater suus ipsam nostro dominio  
subiugaui & ideo meo nepotj dicatis/ quod si uult ipsum statuam magnum  
dominum. ei multas terras impendam/ & erit tamquam meus filius & erit maior  
aliquo baronum penes me & si hoc non uult fatiam toto posse tradere ipsum  
morti. hoc quipe nepoti meo facere uolo & alia pacta & conuentiones in me